

134 A ipsius ser Giraldi, aliquo statuto Tergesti non obstante. ¶ Et // quod fratres ipsius Philipe vel aliqua alia persona occasione ipsorum bonorum vel partis ipsorum bonorum venditorum¹⁾ nunquam habere possint aliquam restitutionem contra ipsum dominum Giroldum heredes et bona. ¶ Et quelibet persona 5 civis vel habitatrix Tergesti eidem Phillipe dare dimittere et legare [possit] de bonis suis mobilibus et denariis, sine preiudicio sine pena vel dampno alicuius statuti.

Cap. XXVI. Rubrica de percussione forbanitorum et de eorum interfessione. 10

S tatuimus quod quodlibet dominium civitatis Tergesti teneatur quemlibet prosequi forbanitum per dominium Tergesti in bonis et persona, qui in banno fuerit pro maleficio homicidii, et in arengo propalare. ¶ Et si qua persona interfecerit vel occiderit aliquem banitum comunis Tergesti in 15 persona et hominem iudicatum ad mortem, ad nullam penam teneatur. ¶ Et iudices sive rectores qui pro tempore fuerint comuniter et concorditer possint expendere de here et de camera comunis causa fatiendi interfici et occidi aliquem de banitis, prout eis videbitur iustum et conveniens. ¶ Preterea 20 quicumque forbanitum receperit, vel favorem et iuvamen ac consilium ei dederit, vel eum manutenuerit, si ipse pro maleficio fuerit in banno, solvat comuni vigintiquinque libr. par.; si vero pro alio negocio fuerit in banno, puniatur in arbitrio potestatis a vigintiquinque libr. par. inferius; et quicumque 25 134 B sciverit aliquam personam contrafacere, // sacramento teneatur manifestare. ¶ Et si quis acusaverit aliquem quod teneret aliquem forbanitum, et non reperiretur, accusator solvat comuni decem libr. par. ¶ Insuper provisum est quod, si qua persona occiderit modo aliquo in civitate Tergesti vel eius districtu 30 aliquem banitum a civitate Tergesti occasione alicuius omicidii furti vel robarie, habeat libr. ducentas par. de camera comunis, et si plures fuerint qui talem banitum occideri[n]t, dictum

¹⁾ *vendentium.*